



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

De Historia Erfordiens Nob. & Clariss. Viri Joannis Mavritii Gvdeni J. V. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

*De Historia Erfordiensis Nob. & Clariss. Viri. JOANNIS
MAVRITII GVDENI F.V.D.*

DOcē liber, multæ testis ditissime curæ,
Pignusq; æterni nominis haud dubium,
Tristibus haud unquam liber immoriture tenebris,
Victure at Pylii tempora longa senis,
Qui Livii cultum, Tacitique imitaris acumen,
Orbis, nil metuens, i. pete Judicium.
Te rodet nemo, veriniſi Zoilus osor,
Nec minuet laudes Improbus ille tuas.
Fraus Tibi nulla fidem demit, neq; fucus adulter,
Neu favor aut odium : sat, reor, inde places.
Namq; FIDES cœlo ut nequeat nos SOLA locare,
Historicos salvat, solaque justificat.

*Ad eisdem Clariſſ. Parentem D. MAVRITIVM GVDE-
NV M de libro, quem sub titulo Catholici Laici opposuit calum-
niis A. W. Erfordia profugi.*

MAgne Senex, fausto ut conamine vela redūxi
Impia, queis verum texerat Erro senex!
(Seu jecur impurū huic rostro modò vultur obuncō
Tundit, & alternis est Tityo requies,
Seu ruit & clamat, Phlegyā cessante, per umbras:
Discite, qui sapitis, solvere vota Deo.)
Constitut subitò hic, visâq; obmutit amens
Luce, oculos nimia quâ ferit iste liber!
At Tu libro inhia nimium nē, Lector, utriq;
Discrimen mores, aspice, majus habent.
Mauritius, dices, rigidus est imitator honesti,
Nec similem dederunt sœcula nostra Virum,
Ardua cui virtus & vix imitabilis ulli;
Illum, eeu puerum, lena volupta capit.
Quantum ferro aurum, vel terris sidera, mores
Amplius aut distant tantum utriusq; senis.
An bona vel mala sit, fructu si noscitur arbos,
An bona vel mala sit, novi, utriusq; fides.

Aliud.